

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**M. Tullii Ciceronis Opera Omnia**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Basileæ, MDCLXXXII**

Pro P. Sulla

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](#)

M. TULLIVS CICERO  
PRO  
P. S V L L A.

## ORATIO VICESIMA QVINTA.

## SYNOPSIS.

*¶ Quæstio, An P. Sylla cum Catilina coniuraveris. Accusator vel Delator, L. Torquatus. Reus, P. Sulla. Patroni P. Syllæ, Quæ Hortensius & Cicero. Acta anno ubi 691.*

**N**AXIME vellem, judices, ut P. Sulla & antea dignitatis sua splendorem obtinere, &c. post calamitatem acceptam, modestia fructum aliquem potuisse percipere. sed, quoniam ita tulit causus infestus, ut amplissimum in honore cum communis ambitionis invidia, tum singulari Antro- nii odio everteretur, & in his pristinæ fortunæ reliquis miseris, & afflitis, tamen haberet quosdam, quorum animos ne supplicio quidem suo satiare posset: quamquam ex hujus incommode magnam animo molestiam capio, tamen in ceteris malis facile patior oblatum mihi tempus, in quo boni viri lenitatem meam, misericordiamque, notam omnibus quondam, nunc, quasi intermissionem, agnoscere: improbi, ac perditæ cives, & redomiti, atque vieti, precipitante repub. vehementem me fuisse, atque forem: conservata, mitente, ac misericordem faterentur. Et, quoniam L. Torquatus, meus familiaris, ac necessarius, judices, existimavit, si nostram in accusatione sua necessitatem, familiaritatemque violasset, aliquid se de auctoritate meæ defensionis posse detrahere: euni hujus periculi propulsione conjungauit defensionem officiæ: quo quidem genere non uterer orationis, judices, hoc tempore, si mea solum intercesseret, multis enim mihi locis, & data facultas est, & saxe dabitus de mea laude dicendi, sed, ut ille, judices, quantum de mea auctoritate deripuerit, tandem se de hujus & præsidii diminuturum: sic hoc ego sentio, si mei facti rationem vobis, constantiamque hujus officii, ac defensionis probavero, causam quoque me P. Sulla probarum: Ac primùm abs te illud, L. Torquate, quo cur me à ceteris clarissimi viris, & principibus civitatis, in hoc officio, atque in defensionis jure seruera, quid enim est, quamobrem abs te Q. Hortensi factum, clarissimi viri, atque ornatissimi civis, non reprehendatur, reprehendatur meum? nam si initum est consilium à P. Sulla inflammandæ civitatis, hujus existendi imperii, de lende utbis: mihi majorem hæc res dolorem quam Q. Hor-

tensio, mihi magis odium afferre debent? meum denique gravius esse judicium, qui adjuvandus in his causis, qui oppugnandus, qui defendendus, qui deserendus esse videatur? Ita, inquit, tu enim investigasti, tu patefecisti coniurationem. Quod cum dicit, non attendit, cum, qui patefecerit, hoc curasse, ut id omnes viderent, quod antea fuisset occultum. Quare ista coniuratio, si patefacta per me est, & tam pater Hortensio, quād mihi, quem cum videoas hoc honore, auctoritate, virtute, consilio prædictum, non dubitas, quin innocentem P. Sullam defendenter: quaro, cur, qui adiutor ad causam Hortensio patuerit, mihi interclusus esse debuerit. Quaro illud etiam, signe, qui defendo, reprehendendum putas esse, quid tandem de his existimes lummis viris, & clarissimis civibus, quorum studio, & dignitate, & celebrari hoc judicium, ornari causam, defendi hujus innocentiam vides? non enim una est ratio defensionis ea, qua posita est in oratione. omnes qui adsunt, qui laborant, qui salvum volunt, pro sua parte, atque auctoritate defendunt. An vero, in quibus subselliis hæc ornamenta, ac lumina recipi viderim, in his me apparere nolle, quorum ego opera illum in locum, atque in hanc celissimam sedem dignitatis, atque honoris, multis meis, ac magnis laboribus, & periculis, adscendisse? Atque, ut intelligas, Torquate, quem accuses, si te id offendit, quod ego, qui hoc genere quæstionis defendenter neminem, non desim P. Sulla: recordare de ceteris, quos adesse huic vides, intelliges, & de hoc, & de ceteris judicium meum, & horum, par, atque unum fuisse. Quis nostrum adfuit Var- guntejo? nemo: ne hic quidem Q. Hortensius, praesertim qui illum solus ante de ambitu defendidisse, non enim iam se ullo officio cum illo coniunctum arbitrabatur, cum ille, tanto scelere commissio, omnium officiorum societatum deterrisset. Quis nostrum & Ser. Sullam? quis P. & quis M. Leccam? quis Cornelium, defendantum putavit? quis his horum adfuit? nemo. quid ita? quia ceteris in causis, etiam nocentes viri boni, & si necessarii sunt, defendendos esse non putant, in hoc criminis, non solum levitatis est culpa,

G 8 5

veium \*

1. Redimiri ergo vili. ] Hæc est scripta veterum impressionum, hæc Palatinorum, octo, novem, decem, hæc codicis S. Victoris, Busbequii ac Gruteri, recentius suis editum.

2. Propter dominum: si hæc significari. Non poti excludere scriputuram Palli, qñdorūrū novem: item olim culorum, nam sequitur ævi editiones, dominarum præfata. si, &c. caus. Vocis in aliis nullum velegimus. Iolani erat ad orum quinque, Schœni, ſupri, octavi, exſimatis, S. Victoria habebat in contextu prioris, si non fuisse manus Gulielmi, qui tamen nihil annoverat, præterea, quād illud ſperaris abutisse etiam libro Busbequii nodis.

3. Tam pater Hortensio, &c. ] Goliemius mallei paret, quo! scribit à prima manus in S. Victoria, & rotare in ed. Lugdunensi, noſt̄ omnes propignant, vulgatam.

4. Celsior hæc indicium, rurari causam, defendi hujus iniuriam videt. ] Ne checi volui excludere scripturam Palatini, numero quidem non,

sed bonitate primi, antea edebatur compositione ad modum dura, judicium, & ornari, causam defendi hujus innocentia videt, & vero copula &c., nullo comparari in illi, aut verius causis.

5. Servum Sullam & quis P. & quis M. Leccam? &c.] Revoco lectionem omnium mis. Pall. item S. Vict. Grut. & Busb. stigie editionum veterum, post impressi, ridiculè nobis immiserant, quæ P. Leccam, qui numquam accusatus fuit, sed deprehensus, statimque intercepitus, nimis nominatur a Sallatio inter conjuratos Serv. & P. Sulla Servi, filii, hos indicat Tullius noſte.

& si necfari ſunt defendantis, ifſe non putant. ] Gemma hujus lectionis: natus ē Palatino illo sono. alii enim noſtri, ſi necfari ſunt defendantis, ifſe non putant, contra mentem auctoris: itaque Crat. corrottores, vulgariter alterum adhuc inter fervent negatavim, ſi non defendantis, ifſe non putant, quam inq. & quilibet jam animadverut.

2. Quæ

versum etiam quædam contagio sceleris, si defendas eum, & quem obstrictum esse patre patricidio suspicere. Quid Autonio? nonne sodales, non collegæ sui, non veteres amici, quorum ille copia quondam abundarat, non homines, qui sunt in republ. principes, defuerunt? immo etiam testimonio plerique defuerunt? STATVERANT, tandem illud esse maleficium, quod & non modo non occultari per se, sed etiam aperiiri, illustrari que debet. Quam obrem quid est, quod mirere, si cum iisdem me in hac causa vides adesse, cum quibus in ceteris intelligis abfuisse? nisi verò me unum vis serum, præter ceteros, me aspernum, me inhumanum existimari: me singulari inumanitate, & crudelitate prædiximus. Hanc mihi tu, si propter res meas gestas, imponis in omni vita mea persolvam, Torquate, vehementer erras, me natura misericordem, patria severam: crudeliter nec patria, nec natura esse voluit, denique istam ipsum personam vehementer, & acrem, quam mihi tum tempus, & resp. imposuit, jam voluntas, & natura ipsa detrahit. illa enim ad breve tempus severitatem postulavit: hac in omni vita misericordiam, lenitatemque desiderat. Quare nihil est, quod ex tanto comitatu virorum amplissimum me unum abstrahat. simplex officium, atq; una est honorum omnium causa. nihil erit, quod admirare posthac, si in ea parte, in qua hos animadverteris, me videbis, nulla est enim in republ. causa mea propria tempus agendi fuit magis mihi proprium, quam ceteris: doloris verò, & timoris, & periculi fuit illa causa communis. neque enim princeps tunc ad solutem esse potuisset, si esse alii comites noluerint. Quare necessè est, quod mihi consilii præcipuum fuit præter alios, id jam privatum cum ceteris esse communione. Neque ego hoc partenda invidia, sed communicanda laudis causa loquor: ON PRIS MEI PARTEM NEMINI IMPERTIO. GLORIAE BONIS OMNIBVS. In Autonium testimonium dixisti, inquit: Sullam defendis. Hoc totum ejusmodi est judices, ut, si ego sum inconstans, ac levis, nec testimonio fidem tribui conveniat, nec defensioni auctoritatem. sin est in me ratio reip. religio privati officii, studium retinenda voluntatis bonorum: nihil minus accusator debet dicere, quam à me defendi Sullam, testimonio lassum esse Autonium. video enim non solum studium ad defendendas causas, verum opinionis aliiquid, & auctoritatis asserre: qua & moderatae ego utar, judices, & omnino non uter, si ille me non coegisset. Dua coniunctiones abs te Torquate, constituantur; una, & q; Lepido, & L. Tullo, Coss. patre tuo consule designato, facta esse dicitur: altera, qua me consule. Harum in utraque Sullam dicas fuisse. Patris tui, fortissimi viri, atque optimi consulis, scis, me consilii non interfuisse: scis, me, cum mihi summus recum usus esset, tamen illorum expertem temporum, & sermonum fuisse: credo, quod nondum penitus in rep. versabar, quod nondum ad propositum mihi finem honoris perveneram, quod mea mea ambitio, & forensi labor ab omni illa cogitatione abstrahebat. Quis ergo intererat vestris consilii? omnes hi, quos vides nunc adesse, & in primis Q. Mortensius: qui cum propter honorem, ac dignitatem, atque animum exi-

mium in rem publ. tum propter summam familiaritatem, summumque amorem in patrem tuum, tum communibus, tum principis partis tui petiūs commovebatur. Ergo istius coniunctionis crimen, defensum ab eo est, qui interfuit, qui cognovit, qui particeps & consili vestri fuit, & timoris, cuius in hoc crimen propulsando cum esset copiosissima, atque ornatissima oratio, tamen non minus intererat auctoritat in ea, quam facultatis. Illius igitur coniunctionis, quæ facta contra vos, delata ad vos, à vobis prolatæ esse dicitur, ego testis esse non potui. non modo enim nihil comprei, sed vix ad aureis meas istius suspicione faveverent. Qui vobiscum in consilio fuerunt, qui vobiscum illa cognoverunt, quibus ipsi peticulum tum constati patabantur, qui Autonio non adseruerunt, qui in illum testimonia gravia dixerunt, hunc defendunt, huic adfunt, in hujus peticulo declarant, se non crimen coniunctionis, ne adessent ceteri, sed hominum maleficio, deterritos esse. Mei consulatus autem tempus, & crimen maximæ coniunctionis à me defendetur. Atque inter nos partitio non est fortuita, judices, nec temere facta: sed, cum videremus, eorum criminum nos patronos adhiberi, quorum telis esse possemus, uterque nostrum id sibi suscipiendum putavit, de quo aliquid scire, atque existimare potuisset. Et, quoniam de eximis superioris coniunctionis Hortenium diligenter audistis, de hac coniunctione, quæ, me confuse, facta est, hoc primum attendite. Multa, cum essem consul, de summis reipubl. periculis audivi, multa quasvis, multa cognovi. nullus unquam de Sulla mentitus ad me, nullum indicium, nulla littera pervenerunt, & nulla suspicio. Multum hæc vox fortissime deberet valere eius hominis, qui consul insidias reipubl. consilio investigasset, veritate aperiusset, magnitudine animi vindicasset, cum ipse nihil audisset de P. Sulla, nihil suscipiat esse dicere. sed ego nondum utor haec voce ad hunc defendendum: ad purgandum me utor potius: ut mirari Torquatus desimat, qui Autonio abfuerit. Sullam defendere. Quæ enim auctoritatis fuit causa? quæ Sulla est? ille ambitus judicium tollere, ac disturbare primum constato voluit gladiatorium, fugit, vorum tumultu: deinde, id quod vidimus omnes, lapidatione, atque concurso. Sulla. si tibi suus pudor, ac dignitas non prodesset, nullum auxilium requisivit. Ille damnatus ita se gerebat, non solum consilii, & sermonibus, verum etiam a seipso, atque ulla, ut nimicus esse amplissimis ordinibus, infestus bonis omnibus, hostis patris videtur. hic se ita fractum: illa calamitate, atque afflictionis putavit, ut nihil sibi ex pristina dignitate superesse arbitraretur, nisi quod modestia retinueret. Hac veio in coniunctione, quid tam coniunctum, quam illi cum Catilina, cum Lentulo? quæ tanta societas ullis inter se rerum optimarum, quanta ei cum illis, sceleris, libidinis, auctoritatis? quod flagitium Lentulus non cum Autonio concepit? quod finis sedem illo Catilina facinus admisit? cum interim Sulla cum eisdem illis non modo noctem, solitudinemque non querret, sed ne mediori quidem sermone, & conuersu conjungeretur. Illum Allobrogos, maximarum rerum verissimi indices, illum multorum litterarum, ac manu coargue-

1. Quem inibhillum esse patria patricidio suspicere.] Ita esse in Turingico vobis nuper prodidit in promulgide sua meus Zinzelius, annotatique ē Suffridi schedis ad librum suum Guelimius: quod ipsum nunc confirmamus auctoritate Pali. non: itaque viderint alii deinceps, quomodo vulgaram tueni possint cui aberat vox patricidio. vobis alioquin Guelimius.

2. Non modo nisi seculari. Idem nonus, non modis seculari. & sic sceplocatos auctores, dñs est quod ostenderunt erit: ci. verum parcos deinde ab nonum nostrum; ne si lectio ejus nimis inexactum, finis nunquam ponam hanc operi, hoc tantum obiter dicam, ex eo codice sexconis vocibus nunc meliorem, nunc leviorem fieri posse Tullium nostrum. reperi. autem inter libros Bibliothecæ Othonis

Hencic Electoris Palatini memorie sempiternæ Principis, vel ea de causa, quod ipse auspicium fecit ad ornandæ librariæ hoc aero toto orbe terrarum famosissime.

3. Qua Lepido & Vulcaio Coss. Excludere non potui hanc scriptam librinam, sive editorium veterum omnium, Palatinorum etiam, denique libris S. Vict. Barb. Brut. posterius publican Lepido & L. Tulli Coss. non male. sed unde id natum?

Quid mea ambis? J. Scribendum sine mea ex nono, quod me ambis: nam alii scripsi, quod mea ambis, ab quem.

5. Nalle fuisse.] Henr. Stephani libri, nulla denique suspicio.] sed vobisnam eam Pali. non agnoscant.

coarguerunt: Sullam interea nemo insimulavit, ne mino nominavit. Postremo, ejecto, sive emissio jam ex turba Catilina, ille arma misit, cornua, i tubas, falceis, signa, legiones: ille relictus intus, expectatus fortis, Lentuli pœna compressus, convertit se aliquando ad timorem, numquam ad sanitatem. hic contraria quievit, ut eo tempore omni Neapoli fuerit, ubi neque homines fuisse putantur hujus affines suspicionis; & locus est ipse non tam ad inflammados calamitosorum animos, quam ad consolandoz accommodatos. Propter hanc igitur tantam dissimilitudinem hominum, atque causarum, dissimilem me in utroque præbui. Veniebat enim ad me, & sœpe veniebat, Autronius, multis cum lacrymis, supplex, ut se defendere: & se meum condiscipulum in pueritia, familiarem in adolescentia collegam in quaestura commemorabat fuisse: multa mea in se, nonnulla etiam sua in me proferebat officia, quibus ego rebus, judices, ita flectebat animo, atque frangebar, ut etiam ex memoria, quas mihi ipsi fecerat infidias, deponerem: ut jam immisum esse ab eo C. Cornelium, qui me in sedibus meis, in conspicuox uxoris meæ, ac liberorum meorum trucidaret, obliuiscerer, quæ si de uno me cogitassem: quæ molititia sum animi, ac lenitate, numquam mehercule illius lacrymis, ac precibus restituisse. Sed, cum mihi patrix, cum vestrorum peticularum, cum hujus urbis, cum illorum delubrorum, atque templorum, cum puerorum infantium, cum matronarum, ac virginum veniebat in mentem: & cum illæ infesta, ac fæste facies, universumq; totius urbis incendium, cum tela, cum cædes, cum civium crux, cum cini patriæ versari ante oculos atq; animum memoria refricerat: tum denique ei reflebam, neque solum illi hosti, ac patriciæ, sed his etiam propinquis illius Marcellis, patri, & filio, quorum alter apud me parentu gravitatem, alter filii suavitatem obtinebat: neque me arbitrabar sine summo fæcere posse, quod maleficium in aliis vindicasse, idem in illorum socio, cum sciret, defendere. Atque idem ego neque P. Sullam supplicem ferre, neque eodem, & Marcellis, pro hujus periculis lachrymantibus ad picare, neque hujus M. Messalæ, hominis necessariæ, preces lastinere potui: neque enim est causa adversaria naturæ: nec homo, nec res misericordia mea repugnavit, nusquam nomen, nusquam vestigium fuerat: nullum crimen. 4 nullum indicium, nulla suspicio. Suscepimus, Torquate, suscepimus, & feci libenter, ut me, quem boni constantem semper, ut spero, existimat, eundem ne improbi quidem crudeliter dicentes. Hic ait ille judices, regnum meum terre non posse. Quod tandem, Torquate, regnum? consulatus credo, nec: in quo ego imperavi nihil, sed contra patribus concritis, & bonis omnibus parvis, quo in magistratu non institutum est à me, judices, regnum, 5 sed non permissum. 6 An tum, in tanto imperio, tanta potestate, non dicas fuisse regem; nunc privatum, regnare dicas? quo tandem nomine? Quod, in quos testimonia dixisti, inquit, dannati sunt: quem defendis, sperat te absolute iri. Hic tibi ego de testimonio meis hoc respondeo: si fallum dixerim, te in eos dixisse, tu verum; non esse hoc regnare 7 cum verum juratus dicas, probate. De hujus spe tantum dico, nullas a me opes P. Sullam, nullam

potentiam, nihil denique, præter fidem defensionis, exceptare. Nisi tu, inquit, causam recepilles, numquam mihi restituissis: sed, indicta causa, profugissem. Si jam hoc tibi concedam, Q. Hortensium, tantâ gravitate hominem, si hostiles viros non suo stare judicio, sed me: si hoc tibi dem, quod credi non potest nisi ego huic a dessem, hos ad futuros non fuisse: uter tandem rex est, si ne, cui innocentes homines non resistunt, an is, qui calamitosos non deferit? At hic eriam, id quod tibi necesse minimè fuit, facetus esse volunti, cum Tarquinium, & Numam, & me, tertium peregrinum egem, esse dixisti. Mitto jam de rege quarete: illud quarto, peregrinum cur me esse dixeris. nam, si ita sum, non tam est admirandum, regem esse me, quia, ut tu vis, etiam peregrini, reges Roma fuerunt, quām consulem Romæ fuisse peregrinum. Hoc dico, inquit, te esse ex municipio. Fateor; & addo etiam, ex eo municipio, unde iterum jam salus huic urbi, imperioque missa est. Sed scire ex te per velim, quamobrem, qui ex municipiis veniant, peregrinatib; esse videantur. nemo enim istuc M. illi Catoni seni, cum plurimos haberet inimicos, nemo T. Coruncanio, nemo Curio, nemo huic ipso nostro C. Mario, cum ei multi inviderent, objecit umquam. Evidem vehementer lator, eum esse me, in quem tu, cum cuperes, nullam contumeliam jacere potueris, quæ non ad maximam partem ciuium conveniret. Sed tamen te à me, pro magnis causis nostra necessitudinis, monendum esse etiam atque etiam puto, non possunt amnes esse patru. si verum quaris, ne curant quidem: nec scæqueles tui, propter istam causam, abs te anteiti putant. Ac, si tibi nos peregrini videatur, quorū jam & nonen, & honos, ineteravit & huic urbi, & hominum fama, ac sermonibus: quām tibi illi competitores tuos, peregrinos videri necesse erit, qui jam ex totali Italia delecti, tecum de honoris & de omni dignitate contendunt: quorum cave tu quām peregrinum appelles, ne peregrinorum suffragis obviare, qui si attulerint nervos, & industrias: mihi crede excutient tibi istam verborum iactationem. & te ex somno sœpe excitabunt: nec patientur, se abs te, nisi virtute vincentur, honore superari. Ac, si, judices, cereris patricius me, & vos peregrinos videbitis oportet, & a Torquato tamen hoc vitium fileretur, est enim ipse à materno genere, municipalis, honestissimi, ac nobilissimi generis, sed tamen Aesculani. Aut igitur docet, peregrinos idols non esse peregrinos, aut gaudeat suo generi 9 me meum ante non ponere. Quare neque me peregrinum posthac dixeris, ne gravius refutare: neque regem, ne deridere, nisi forte REGIVM tibi videtur, ita vive, ut non modo homini nemini, sed ne cupiditati quidem ulli servias: contemnere omnes libidines: non aurum, non argenti, non ceterarum rerum indigere: in senatu sentiente libere: populi utilitatibus consulere, quām voluntati: nemini cedere, multis obfistere. si hoc putas esse regium; me regem esse confiteor. si te potentia mea, si dominatio, si denique aliquod dictum arrogans, aut superbum movet: quin tu id potius profers, quam verbi invicem contumeliamque maledicti? Ego tantis à me beneficiis in-repub, politis, si nullum alud mihi præmium à senatu, populoque Romano, nisi honestum otium postularem.

<sup>1</sup> *signa legiorum.* Pal. nonus fasci. probabili emendatione minus vera, nam Falaciolum meminit noster i. Catilinæ ad quid si falecio comprehendantur nomine armorum, precepsit.

<sup>2</sup> In judicio meo Lamb. adibit, sed invitis manuscriptis nostris alligatis editionibus.

<sup>3</sup> Marcellis p. hujus pericula lacrymantes adspicere, neque.) Lacunam explevi ex membranis Erford. tanto promptius quod rostidem apicibus existent in Palat. nono meminit & hujus loci noster Gulielmus ad Triculatum Plaurin cap. 5.

<sup>4</sup> Nihil judicium, nulla sapientia.) Dux voces sunt à duabus iisdem liberis, repetita scilicet ex capitulo quinti principio.

<sup>5</sup> sed ait permisum.) Meliores Pall. non habent negatiuam: adeo

ut verosimile sit restituendum quod est in Pal. nono, sed repressum.

<sup>6</sup> An tum, in tanto, &c.) Ita omnes missi nostri, requirique sermonis cōfiscatio; neque alter vet. edd. neoteriz. enim, *Quem tam in,* &c.

<sup>7</sup> Com. seruum iuratus dicas probare.) Et à Pal. nono. & ita intelligebat volgatum illud *iuratus Gulielmus, scriptum scilicet ratione scribendi antiqua. inceptum igitur Gulielmus, cum verum dicas, iuratus probare.*

<sup>8</sup> A Torquato ramen hec rituum fileretur.) Gulielmus inclinata legeret, convitum, quod ipsum quoque in mentem venit Rubenio lib. 1. Elector. cap. 3. sed necessarium non erit ut quid motemus.

<sup>9</sup> dñe meum ante non ponere.) Ita Pall. ita Busb. ita S. Victoria Grat.

rem, quis non concederet? sibi haberent honores, sibi imperia, sibi provincias, sibi triumphos, sibi alia praeclarata laudis insignia: mihi licet eis arbis, quam conservassem, conspecta, tranquillo animo, & quieto frui? Quid, si hoc non postulo? si ille labor meus pristinus, fisiolitudo, si officia, si opera, si vigilix defervent amicis, presto sunt omnibus? si neque amici in foro requirunt studium meum, neque res p. in curia? si me non modo rerum gestarum vacatio, sed neque honoris, neque ætatis excusatio vendicat à labore? si voluntas mea, si industria, si domus, si animus, si aures parent omnibus? si mihi ne ad ea quidem, qui pro salute omnium gessi, recordanda, & cogitanda quidquam relinquit temporis? tamen hoc regnum appellabitur? cuius vicarius qui velit esse, inventiri nemo potest. 1 longe abest regni fulpicio. Si quia, qui sint Romæ regnum occupare conati, ut ne replices annuum memoriam, ex domesticis imaginibus invenies. Res enim gesta, credo, meæ, me nimis extulerunt, ac mihi neficio quos sp̄iritus attraherunt, quibus de rebus tam claris, tam immortalibus, judices, hoc possum dicere, me, qui è summis eripuerim periculis urbem hanc, & vitam omnium civium; fatis adeptum fore, si ex hoc tanto in omnes mortales beneficio nullum in me periret redundarit. Etenim, in qua civitate res tantas gesserim, metuimus, 2. & in qua urbe verter, intelligo, plenum forum est eorum hominum, quos ego a vestris cervicibus depuli, judices, à meis non removi, nisi vero paucos fuisse arbitramini, qui conati, aut sperare possent, se tantum imperium posse dñere. Hormegio faceis eripere de manibus, & gladios extorquere potui, sicut feci: vobantes vero consecleratas, ac nefarias nec sanare potui, nec tollere. Quare non sum nescius, quanto periculo vivam in tanta multitudine improborum, cum mihi uni cum omnibus improbis eternum videam bellum esse suscepimus. Quod si illis meis præsidis forte invides: &, si ea tibi regia videtur, quod omnes boni omnium generum, atque ordinum, suam salutem cum mea conjungunt: consolante, quod omnium mentes improborum mihi uni maximè sunt infensa, & adversa, qui me non solum idcirco oderunt, quod eorum conatus impios, & furorum consecleratum repressi: sed eo etiam magis, quod nihil jam fe simile, me vivo, conari posse arbitrantur. At vero QVID EGO miror, si quid ab improbis de me improbe dicitur; cum L. Torquatus, prius ipse his fundamentis adolescentia jactis, ea spe posita amplissima dignitatis, deinde L. Torquati, fortissimi consulis, constantissimi senatoris, semper optimi civis, filius, interdum effrater immoderatione verborum? qui cum supressa voce de scelere P. Lentuli, de audacia conjuratorum omnium dixisset, tantummodo ut vos, qui ea probatis exaudire possitis: de supplicio P. Lentuli, de carcere, magna, & queribunda voce dicebat, in quo primum illud erat absurdum, quod, cum ea, a qua leviter dicerat, vobis probare volebat: eos autem, qui circum iudicium stabant, audire nolebat: non intelligebat, ea, a qua clare diceret, ita illos audituros, quibus se venditabat, ut vos quoque audiretis, qui id non probatis. Deinde alterum jam

oratoris vitium, non videre, quid quæque causa posset. Nihil est enim tam alienum ab eo, qui alterum conjurationis accuset, quam videri conjuratorum posnam, mortemque lugere. 4 Quod cùm is tribunus p. facit, qui unus videtur ex illis ad lugendos conjuratos relietus, non mirum est, difficile est enim sacre, cùm doicas, si quid ejusmodi facis, non modo taeniæ adolescentem, sed in ea causa, in qua te vindicem conjurationis velis esse, vehementer admiror. sed reprehendo tamen illud maximè, quod isto ingenio, & prudentia p. datus, causam rei publ. non tenes, qui arbitrete, plebi Romæ res cas non probari, quas, me consule, omnes boni pro salute communis gesserunt. Et quem tu horum qui adiunxi, quibus te contra ipsorum voluntatem venditabas, aut tam sceleratum statui fuisse, ut hæc omnia perire voluerit, aut tam miserum, ut & le peccate cuperet, & nihil haberet, quod salvum esse vellet? An vero clarissimum virtutum generis vestri, ac nominis, nemo reprehendit, qui filium suum vita privavit, ut in ceteris sumaret imperium: tu temp. reprehendis, qui domesticos hosteis, ne ab iis ipsa necaretur, necavisti? Itaque attende jam, Torquate, 5 quād ego defugiam auctoritatem consulatus mei, maxima voce, ut omnes exaudire possint, dico, semperque dicam: adflecte omnes animis, qui adflectis corporibus, quorum ego frequenter magnopere iactor: erigite menteis, aureisque vestras, & me de invidiosis rebus, ut ille putat, dicentes attendere. Ego consul, cum exercitus perditorum exiūs, clandestino scelere confitatus, crudelissimum, & luctuosissimum exiūs patrum comparasset: cùm ad occasum, interitumque teip. Catilinam in castris, in his autem templis, atque rectis duis Lentulus esset constitutus: meis consiliis, meis laboribus, mei capitatis periculis, sine tumultu fine delectu, fine armis, fine exercitu, & quinque hominibus comprehensis, atque confessis, incenione urbem, internece civiles, vastitate Italiam, interiu[m] tempi, liberavi: ego vitam omnium civium, fistum orbis terra, ut beni hanc denique, sedem omnium nostrum, ascemitem, ac nationum exteraturum, lumen gentium, donisim, imperii, quinque hominum amentium, ac perditorum pœna redemi. An me existimasti hæc injuriantur in iudicio non esse dicturum, que juratus in maxima concione dixissem? Atque etiam illud addam, nequi forte incipiat improbus subito te amare, Torquate, & aliquis sperare de te: atque, at idem omnes exaudiant, clarissima voce dicam. Hacum omnium rerum, quas ego in consula[u] pro salute communis suscepi, & gessi, L. ille Torquatus, cum esset meus contubernalis in consulatu, atque etiam in prætura fuisse auctor, adjutor, particeps exstitit; cum princeps, cum auctor, cum signifer esset juvenitus, parentis eius homo amantissimus patriæ, maximus animi summi consilii, singularis constantia, cum esset ager, tamen omnibus rebus illis interfuit: numquam est à me disfigitus: studio, consilio, auctoritate unius adiut plurimum, cum infirmitatem corporis animi virute superaret. Videlice, ut eripiam te ex improborum subita gratia, & reconciliem bonis omnibus? qui te & diligunt, & retinent retine-

1. Longe abh[er] à me regni suscipie. 2. Lambinus fratriba laboravit in conſtituenda lectione, & in finione altæ verbique interpositis: veterum scriptorum reposu veramque è Taringio & Pal. nono.

2. Et in qua urbe verter intelligis. Addimus ex iisdem binis membranis verter, antea etiam iisdem jubentibus reſcriptum, redundans, pro vulgariori redundans.

3. Quæ leviter dixeris. Hoc est summisse & pressæ, neque opus ut invitis libris intrudat Lambinus leniter, idem utroque significati docet Caecilius: Audibant eadem hac leniter & leviter.

4. Quid cum iis &c. Mutat hic quædam Lambinus, sed libris nostris invitis, si tamen in illo, non mirum est, mirè dissentiant, nam Pal. p. quart. quint. sept. oct. neque hoc mirum est, sec. sext. S. Vict. B. Grat. &c. &c. mirum est, cert. minime, quidcum mirum est, quod & in nomine, sed fine quidem, quod mihi sanitissimum viderat: quævis Gus

lielius amplectatur nec rectum est, quod restat in editione proxima primæ.

5. Quæm ego defugiam auctoritatem consules mei. Verè & eruditè sic Lambinus correcit e. msi. suis, neque aliis Pall. Busb. S. Victor. Gror. imò edd. tres quatuor antiquæ recentiores enim, quam egi una defugiam.

6. Quinque hominibus comprehensis argu erufatis. Nefcio an ultima vox pura meliores enim Pall. argue consilii, quod minus fuerit inviolabilis. & ita certe scripsit Ciceror, ut demum de supplicio loquatur periodo sequenti.

7. In consula[u] atque etiam in prætura fuisse auctor. Coactus sum obtemperare scripsit Pal. noni, deleris intermedii, cum signifer esset juvenitus, aliter hæc consiluit Lambinus, sed ex conjectura Henrici Stephaniani.

retinebuntque semper: nec si me fortè desiveris, idcirco te à se, & à rep. & à tua dignitate deficere patientur. Sed jam redeo ad easam: acque hoc vos, judices, testor: mihi de me metipso tam multa dicendi necessitas quædam imposta est ab illo: Nam, si Torquatus Sullam solum accusasset: ego quoque hoc tempore nihil aliud agerem, nisi eum, qui accusatus esset, defendem: sed cum ille tota illa oratione in me esset inventus, & cum initio, ut dixi, defensionem meam auctoritate spoliare volueret: etiam si dolor meus respondere non cogerer, tamen ipsa causa hanc à me orationem flagitasset. Allobrogibus nominatum Sullam esse dicis. 1. Quis negat? sed lego indicium; & vide, quemadmodum nominatus sit. L. Cassium dixerunt commemorasse, cum ceteris Autronium secum facere. Quarto, num Sullam dixerit Cassius? 2. nufquam, sese ajunt quæfille de Cassio, quid Sulla sentiret. Videat diligentiam Galiorum: qui vitam hominum, naturamque non noscunt, ac tantum audissent, eos, pari calamitate esse; qua raverant, essentem eadem voluntate? Quid tum? Cassius si respondisset idem sentire, & secum facere Sullam, tamen mihi non videretur in hunc id criminofum esse debere. Quid ita? quia qui barbaros homines ad bellum impelleret, non debebat minores illorum suspicere, & purgare eos, de quibus illi aliquid suspicarentur. Non respondit tamen una facere Sullam. Etenim esset absurdum, cum ceteros sua sponte nominasset, mentionem Sulla facere nullam, nisi admonitus, & interrogatum. nisi forte verisimile esset, P. Sulla nomine in memoria Cassio non fuisse. si nobilitas hominis, si aliquæ fortuna, si reliqui pristina dignitatis, non tam illuc res fuissent; tamen Autronii commemorationem memoriam Sulla retulisset, etiam, ut arbitror, cum auctoritates principum coniurationis ad incitandos animos Allobrogum colligeret Cassius, & cum sciret exteris nationes maximè nobilitate moveri, non prius Autronium, quam Sullam nominasset. Jam vero illud probari minimè potest, Gallos, Autronio nominato, putasse, propter calamitatis similitudinem, sibi aliquid de Sulla esse querendum: Cassio, si hic esset in eodem scelere, ne cum appellasset quem autem Autronium, hujus in mentem verice posuisse. Sed tamen quid respondit de Sulla Cassius? 3. ne scire cerum. Non purgat, inquit. Dixi antea: ne si argueret quidem tuus denique, cum esset interrogatus, id mihi criminofum videretur. Sed ego in iudicio, & in quaestib[us] non hoc querendum arbitror, num purgetur aliquid: sed num arguitur. etenim cum negat le teire Cassius, utru[m] subiebat Sullam, an fatis probat se nescire? Subiebat apud Gallos. Quid ita? ne indicent? Quid? si periculum esse putaret, ne illi umquam indicarent, de seipso confessus esset? nescivit. Credo, judices, celatum esse Cassium de Sulla uno nam de ceteris certe sciebat: & ea domi ejus pleraque confitata esse constabat. Qui negare noluit esse in eo numero Sullam, quo plus sp[iritu] Gallis daret: dicere autem falsum non ausus est: nescire dixit. Atqui hoc perspicuum est, cum is, qui de omnibus scierit, de Sulla se scire negavit; eandem vim esse negationis hujus, quam si extra coniurationem hanc esse, se scire dixisset, nam, CVIVS SCIENTIA M[odus] omnibus confitatur, ejus ignoratio de aliquo, purgatio debet videri. Sed jam non quarto, purgante Callius Sullam: illud mihi tantum fatis est, contra Sullam

nihil esse in indicio. Exclusus haec criminatione Torquatus rursus in me irruit, me accusat, ait me aliter, ac dictum est, in tabulas publicas retulisse. O di immortales! (vobis enim tribuam, quæ vestra sunt: nec verò possum meo tantum ingenio dare, ut tot res, tantas, tam varias, tam repentinae, in illa turbulentissima tempestate reipublicæ mea (fronte dispergerem) vos profectò animum meum tum conservandas patriz cupiditate incendiatis: vos me ab omnibus ceteris cogitationibus & ad unam salutem reipublicæ contulisti: vos denique in tantis tenebris erroris, & insensitatem clarissimum lumen præstulisti mente meæ. Vidi ego hoc, judices, nisi recenti memoria senatus, auctoritatem hujus incidi monumentis publicis testatus essem, fore, ut aliquando non Torquatus, neque Torquati quispiam similis (nam id me multum fefelit) sed ut aliquis patrimonio naufragus, inimicus otii, honorum hostis, alter indicata hæc esse diceret, quod facilius, ventu aliquo in optimum quemque excitato, posset in malis reip. portum suorum malorum aliquem invenire. Itaque introductis in senatum indicibus: constitui senatores, qui omnia indicum dicta, interrogata, responfa prescriberent. At quos viros? non solum summa virtute, & fide, cuius generis in senatu facultas maxima: sed etiam quos sciebam memoria, scientia, consuetudine, & celeritate scribendi, facillime, quæ dicerentur, persequi posse: C. Cosconium, qui tunc erat prætor: M. Messallam, qui tum prætraham petebat: P. Nigidium, App. Claudium, credo esse neminem, s[ed] qui his hominibus ad verè referendum, aut etiam scribendum, aut fidem pater, aut ingenium defuisse. Quid deinde? quid feci? cum scirem, ita indicium in tabulas publicas relatum, ut illa tabula privata iam custodia, more majorum, continerentur: non occultavi, nec continuo domi, sed describi ab omnibus statim libratis, dividi passim, & per vulgare, atque eди populo Romano imperavi. divisi toti Italiz, & divisi in omnes provincias: ejus indicii, è quo salus oblatæ esset omnibus, expertem esse neminem volui. Itaque dico, locum in orbe terrarum esse nullum, quo in loco populi Romani nomen sit, quin eodem per scriptum hoc indicium pervenerit. In quo ego tam subito, & exigu, & turbido tempore multa divinitus, ita ut dixi, non mea sponte, providi primùm, ne qui possit tantum aut de reipubl. aut de alicuius periculo meminisse, quantum vellet: deinde, ne cui licet utrumque reprehendere illud indicium, aut temere creditum criminari: postrem, ne quidjam à me, ne quid ex meis commentariis queratur: ne obliuio mea, aut memoria, videretur nimis: ne denique aut negligentia, turpis: aut diligentia, crudelis putaretur. Sed tamen abs te, Torquatus, quarto, cum indicatus tuus inimicus esset, & esset ejus rei frequens senatus, & recentis memoria testis: tibi, meo familiaris, & conubernalis, prius &iam ediri fuerint indicium scriba mei, si voluisses, quam in codicem retulissent: cum videres aliter fieri, cur tacuisti? passus es? non mecum, aut cum familiari meo, questus es? aut, quoniam tam facile inverheris in amicos, iracundius, aut vehementius expostulasti? Tu, cum tua vox numquam sit audita: cum, indicio lecto, descripto, divulgato, quieveris, tacueris, repente tantam rem enunciare audies? & in eum locum te deducas, ut antè, quam me commutati indicii coargueris, te summis negligenter,

x. tue

1. Quis negat? sed lego indicium, &c. videlicet, &c.] Corrixi eleganter ē Turingicis, accedebatque priorius proximus Pal. nonus, ne emendationem hanc libi adsereret Guiglinius, impatorum Zinzerlingi uofrus, qui prius in ipsam obtinaverit in Promulgâ ea.

2. Negavimus sese, &c.] Et Pal. nouo & Turingico constat ei cum hujus periodi tententio; cum ante fallo & obcurè legeretur: num quoniam sese, &c. calamitatis qui faciat sese in eadem dehortari.

3. sed ego in iudicio & in quaestione, i.e. Pal. nostri scripti & aliorum. Lambinus intulit indebet, minus bene nam quætionibus iudicia atque exercitor.

4. Ad hanc salutem rite, erat istius.] Pal. nouus assentit.

5. Qui hic humanibus ad verè referendum; aut etiam scribendum, aut fidem pater, aut ingenium defuisse.] Representavi quod erat in Pal. nono & Turingico, excepto quod its abeat aut etiam scribendum, quod nec in ullo illi nostrorum aut aliorum. Lambinus de suo hoc multa auctiōnē largitus est, ac vulgatā pateretur, qui hic emulbus aut ad verē referendum, aut etiam scribendum pater ingenium defuisse: atque hoc latini loco deficit Palatinus noster nonus.

6. Emisi in eundem prætractat.] Est à Turingico, vulgata prius divisus, quod non in ep̄e mutabat in dimissi Tetricus Mommaus, ac inquit in quæ publicastus.

4 tuo iudicio, convictum esse fateare? MINI CVJ VERQAM salutanti fuisse, ut meam negligere? per me ego veritatem patefactam contaminarem aliquo mendacio? quemquam denique ego juvarem, à quo & crudeleis infidias in rem publicam factas, & in me potissimum confusilem constitutas, putarem? Quod si jam essem obitus severitas, & constantia meæ, tamne amens eram, ut, cum littera posteritatis causa reperta sint, que subdicio oblivioni esse possent, ego recentem putarem memoriam cuncti senatus commentario meo posse superari? Fero ego te, Torquate, jamdudum, fero: & nonnumquam animum incitatum ad ulciscendam orationem tuam, revoco ipse, & reflecto: permitto aliquid iracundia tua, do adolescentia, cedo amicitia, tribuo parenti. sed 3 nisi tibi aliquem modum tute constitueris: coges oblitum me nostræ amicitia, habere rationem per dignitatem. Nemo unquam me tenuissima suspicione perstrinxit, 4 quem non præverterim. Sed mihi hoc credas velim. non iis libentissime folio respondere, quos milii videor facillime posse superare. Tu, quoniam minime ignoras consuetudinem dicendi meam, noli hac nova lenitate abuti mea: noli aculeo orationis meæ, qui reconditi sunt, excusos arbitrari: noli id putare omnino à me esse omissum, si quid estibz remissum, atque consummum, cum illz valent apud me excusationes injuria tua, iratus animus tuus, at, amicitia nostra: tum nondum statuo, te virium satis habere. Ut ego tecum luctari, & congregredi debeat: quod si essem usu, atque xata robustior: essem idem, qui soleo, cùm sum lacessius, nunc tecum sic agam, tulisse ut potius injuriam, & quam retulisse gratiam videar. Neque verè, quid mihi irascere, intelligere possum, quod eum defendeo, quem tu accusas: cur tibi quoque ipse non succenso, qui accuses eum, quem ego defendeo? Inimicum, inquis, accuso meum. Et amicum ego defendo meum. Non debes tamen quemquam in coniurationis questione defendere. Immò nemo magis eum, 7 de quo nihil est unquam suspicatus, quam is, 8 qui de aliis multa cogitavit. Cur dixisti testimoniū in alios? Quia coactus. Cur damnati sunt? Quia creditum est. REGNUM est, dicere in quem velis, ac defendere quem velis. IMMÖ SERVITVS est, 9 non dicere in quem velis, ac defendere quem velis. Ac, si considerare cœperis, utrum magis mihi hoc necesse fuerit facere 10 an istud ibi: intelliges, honestius te inimicitiam modum statuere posuisse, quam me *humanitatem*. At verò cum bonos agebatur amplissimus familia vestra, hoc est, consulatus parentis tui, sapientissimus vir familiarissimus suis non succensus pater tuus, cùm Sulla & defendenter, & laudarent. Intelligebat, hanc nobis à majoribus esse traditam disciplinam, ut NELLIVS amicitia ad propulsanda pericula impeditremur. Et erat huic iudicio longe disimilis illa contentio, tum, afflito P. Sulla, consulatus yobis pariebatur, sicuti partus est: honoris erat certamen: ereptum repeteret vos clamitabatis, ut vici in campo, in foro vince-

retis, tum qui contra vos pro hujus salute pugnabant, emicisci vestri, quibus non iraicebant, confusatim vobis eripiebant, honori vestro repugnabant, & tamen id inviolata vestra amicitia, integro officio, veteri exemplo, atque instituto optimi cuiusque faciebant. Ego verò quibus ornamenti adversor tuis? aut cui dignitati vestra regno? Quid est, quod jam ab eo expectas? honor ad patrem, insignia honoris ad te delata sunt, 11 Tu ornatus exuvia hujus venis ad eum lacerandum, quem interemisti: ego jacentem, & spoliatum defendo & protego. Atque hic tu & reprehendis me, quia defendam, & iraferis. Ego autem non modo tibi non irafer, sed ne reprehendo quidem factum tuum. Te enim existimo tibi statuisse, quid facendum putas, & satis idoneum 12 officiū dicem posuisse. At accusat C. Cornelius filius, idemque valere debet, ac si pater indicaret. O patrem Cornelium sapientem! qui, quod primi solet esse in iudicio, reliquerit: quod turpitudinis in confessione, id per accusationem fini sucepit. Sed quid est tandem, quod indicat per istum putes C. Cornelius? Si est causa mihi ignota, cum Hortensio communica: respondeat Hortensius. Sin tu ais illum comitatum Autronii & Catilina, cùm in campo, consulibus comitis, quæ à me habita sunt, cedem facere voluerunt: Autronius tum in campo vidimus: & quid dixi videlicet? ego vidi, vos enim tum, judices, nihil laborabatis, neque suspicabamini, ego tētus præsidio firmo amicorum, Catilina tum, & Autronii copias, & conatum repressi. Num quis est igitur, qui tum dicit in campum adspicere Sullam? Atqui si tum se cum Catilina societate sceleris conjunxerat, cur ab eo discedebat? cur cum Autronio non erat? cur in pars causa non paria signa teperiuntur criminis? Sed quoniam Cornelius ipse etiam nunc de indicando dubitat, ut dicitis, informat ad hoc adumbratum indicium, filium: quid tandem de illa nocte dicit, cum inter falsarios ad M. Leccam nocte ea, quæ consecuta est posterum diem nonarum Novemb. me Confule, Catilina deputatio convenit? quæ nox omnium temporum coniuratio acerrima fuit, atque acerbissima. Tum Catilina diecū exundi, tum ceteris manendi conditio, tum descriptio totam per urbem cædis, atque incendiorum constituta est: tunis tuus pater, Cornelius, id quod tandem aliquando constetur, illam sibi officiosam provinciam depoposcit: ut, cum prima luce consulem salutatum veniret, intromissus meo more, & *fure amicitia*, me in meo lectulo traxidet. Hoc tempore, cum arderet acerrime coniuratio: cum Catilina egredetur ad exercitum: Lentulus in urbe relinqueretur; Cassius incendiis, Cethegus cædi præponeretur; Autronio, ut occuparet Etruriam præscribatur: cum omnia ordinarentur, instituerentur, patarentur: ubi fuit Sulla, Cornelius? num Roma? Immò longè absuit. 13 num in iis regionibus, quo se Catilina inferebat? multo etiam longius. num in agro Camerti, Piceno, Gallico: quas horas maximè quasi morbus quidam illius furoris pervaserat?

nil

1. *Tu iudicis.*] Gulielmus adnotavit ē suis iudicis, quod reperitur etiam in Pal. uno alteroque.

2. *Et in me postquam confusilem confitueris patrem.*] Adiecti ē Turin. confitueris, recte, constituit enim qui rei agende locum tempulve defensat.

3. *Nisi tibi aliquem medium rite confitueris.*] Longè sic melius Turing. quam vulgata vis, prodidit & istam correctionem ē miss. Rubenius noster Electorū cap. 3.

4. *Quis am præteritem.*] Non debet illud mutari cum Lambino. præteritem qui occupat, inopinanteque antevenerit exercitique. Turingis hec etiam auctor vox, ac præferrim. forte prægessim. Rubenius erit ē suis non perularim ac præferrim. quod primum mutat in perelerim.

5. *Omnis ē me amigus, &c.*] Vulgo emissum, sed Gulielmus sequitur Turingicum.

6. *Quam retulisse gratiam.*] Lambinus feret in eo sicut sit expungeret gallianum gratiosē, nam in cœlops totius sententia.

7. *De qui nihil est unquam suspicatus.*] Diōs. unquam adscripta ex

membris Turing, quæ redduntur numeri pleniores.

8. *Qui de aliis multa cogitavit.*] Lambinus divinit cogitavit, frustis, explicat enim notiter se ipsum post aliquot capitā.

9. *Non dicere in quem velis ac defendere quem velis.*] Lambinus, nec dicitur & defendere.

10. *Aus iudicis tibi.*] Transcripsi istud ē Turing. reperiturque item ē suis Rubenius d. cap. 3.

11. *Tu iudicauis huc se, omnis, &c.*] Est à Turingico, inventaque item ē suis Rubenius, Electorū cap. 9. vulgata, in cœlo, aramis vates, in speciem bona; non etiam si excusat.

12. *Officiū iudicū posuisse.*] Erfurd, liber efficii tui quod, non male, copiare jadecem, ut capere faciat? Gulielmus conciperat, iudicem suffit.

13. *Nom in iis regionibus, quo se Catilina inferebat.*] Vulgo referat sed contraria nostros omnes, in quibus tamen habeat illud receperit legisibus, pro quo malum alterum, inventum alioquin in libris aliquatenus.

1. Cœlio

nihil verò minus, fuit enim, ut jam antè dixi, Neapoli: fuit in ea parte Italizæ, quæ maximè ea suspicione eruit. Quid ergo indicat, aut quid afferit, aut ipse Cornelius, aut vos, qui ab eo hac mandata defertis? Gladiatores emptos esse, Fausti simulatione, ad cædē ac tumultum. Ita profus: interpositi sunt gladiatores, quos testamento patris Videmus deberi. Atrepta est familia: quæ si esset prætermissa, posset alia familia Fausti munus præbere. Utinam quidem hæc ipsa non modò iniquorum invidiæ, sed & à quorum expectatione satisfacere posset. Properatum vehementer, cum longè tempus muneric abefset. Quasi verò tempus dandi muneric non valde appropinquaret. Nec opinante Fausto, cum is neque sciret, neque vellet, familia est comparata. At litteræ sunt Fausti, per quas ille precibus à P. Sulla petit, ut emat gladiatores, & ut hos ipsos emat: neque solum ad Sullam misit, sed ad L. Cæciliæ, Quintum Pompejum, C. Memmium: quorum de sententia totæ gesta est. At præfuit familia Cornelius. Jam si in comparanda familia suspicione est nulla: quod præfuit, nihil ad rem pertinet. Sed tamen munere servile obtulit se ad ferramenta propria: præfuit veio nurquam: eaque res 2 per Balbum Fausti libertum, omni tempore administrata est. 3 At enim Cincius est ab hoc in ulteriorem Hispaniam missus, ut eam provinciam perturbaret. Primum Cincius, judices, L. Julio, C. Figulo, consilibus, prefectus est aliquanto ante furem Catilinæ, & ante suspicitionem hujus conjurationis: deinde est prefectus non tum primum, sed eum in iisdem locis aliquanto antè eadem de causa aliquot annos fuisse, ac prefectus est non modo ob causam, sed etiam necessarium causam, & magna ratione cum Manitanian rege contracta. Tum autem, illo profecto, Sulla procurante ejus rem, & gerente, plurimis, & pulcherrimis P. Cincii prædiis venditis, as alienum ejusdem dissolutum est: ut, quæ causa ceteros ad facinus impulit, cupiditas retinenda possessionis, ea Cincio non fuerit prædiis diminutis. Jam vero illud quam incredibile? quæm absurdum? qui Roma cædē facere, qui hanc urbem inflammare veller, eum familiarissimum suum dimittere ab se, & mandare in ultimas terras? utrum quod facilius Romæ est, quæ conabantur, efficeret, si in Hispania turbatum esset? At hac ipsa per se sine ulla conjunctione agebantur. An in tantis rebus, tam novis consiliis, tam periculosis, tam turbulentis, hominem amantisimum lui, familiarissimum, conjunctissimum officiis, usu, confuetudine, dimittendum esse arbitratur? 5 verisimile non est, ut, quem in secundis rebus, quem in otio secum semper habuisset, hunc in adversis, & in eo tumultu, quem ipse comparabat, ab se dimitteret. Ips: autem Cincius (non enim mihi deferenda est causa amici veteri, atque hoī pītis) is homo est, aut ea familia, ac disciplina ut hoc credi possit, & eum bellum reipublica facere voluisse? ut, cujus pater cum ceteri deficerent finiti ac vicini, singulare exstiterit in rem nostram officio,

& fide, is sibi nefarium bellum contra partiam suscipiendum putaret? cuius as alienum videmus, judices, non libidine, sed negotii gerendi studio esse contractum: qui ita Roman debuit, ut in provinciis, & in regnis maximis ei pecunia debarentur: quas cū peteret, non commisit, ut sui procuratores quidquā oneris, abfente se, sustinerent: venire omnes suas possessiones, & patrimonio se ornatisimo spoliari maluit, quæm ullam moram cuiquam fieri creditorum suorum. A quo quidem genere, judices, ego numquam timui, cū in illa reipublicæ tempestate veritarer, illud erat genus hominum horribile, & pertinacissimum, qui tanto amore suas possessiones ampliæ tenebant, ut ab his membra divelli citius, ac distrahi posse diceres. Cincius numquam sibi cognitionem cum prædiis esse existimat suis. Itaque se non modo, ex suspicione tanti sceleris, verum etiam ex omni hominum sermone, non armis, sed patrimonio sua vindicavit. Jam verò, quod subiicit, Pompejanos esse à Sulla impulsos, ut ad istam conjurationem, & ad hoc nefarium facinus accederent: id cujusmodi sit, intelligere non possum. An tibi Pompejanis conjurasse videntur? quis hoc umquam dixit? aut quæ fuit iustus rei vel minima suspicio? disjunxit, inquit, eos à colonis, ut hoc discidio; ac dissensione facta, oppidum in sua potestate posset, & Pompejanos habere. Primum, omnis Pompejanorum, colonorumque dissensio, delata ad patronos est, cū jam inventariet, ac multos annos effet exagita: deinde ita à patronis res cognita est, ut nulla in re a ceterorum sententiis Sulla dissenserit: postremo colosi ipsi sic intelligent, non Pompejanos à Sulla magis, quæm se esse defensos. Atque hoc, judices, ex hac frequenter colonorum, honestissimum hominum, intelligere potestis: qui adiunt, labortant: hunc patronum, defensorem, custodem illius coloniæ, si in omni fortuna, atque omni honore incolarem habere non potuerunt, in hoc tamen calu, quo afflictus jaceret per votum, conservareque cupiunt. Adsum pari studio Pompejanis, quib[us] illis etiam in crimen vocantur: 7 qui ita de ambulatione, & de suffragiis suis cum colonis dissenserunt, ut idem de communis salute lentirent. Ac ne hac quidem P. Sulla mihi: videtur silentio prætercunda esse virtus, quod, cū ab hoc illa colonia deducta sit, & cū commoda colonorum à fortunis Pompejanorum rei publicæ & fortuna dijunixerit, ita carus utriusque est, atque iundus, ut non alteros demovisse, sed utroque constituisse videatur. At enim & gladiatores, & omnis ista vis, rogationis Cæcilie causa comparabantur, atq[ue] in hoc loco in L. Cæciliū pudentissimum, atque ornatussum virum, vehementer invectus est: cuius ego de virtute, & constantia, judices tantum dico: talen hunc in ista rogatione, quam promulgavit non de tollenda, sed de levanda calamitate fratri sui, fuisse, & ut consultum esse voluerit fratris: tamen cum repub. pugnare noluerit: promu[er]at impulsus amore fraternali, defiterit fratris auctoritate deductus. Atque in ea re per L. Cæciliū

3. Atrepta est familia. J. Lambinus, At empia est fam. invitum libris, magnis significatur copiæ ditas emendat, atripiens verbo.

2. Per Babu[m] Lambinu[m]. Malu[m] hoc è Turingico Guelmius, quod non enesse. Romatum, prius cuius Bellum, quod & in Palli omnibus.

3. At enim Cincius. Nostri sum quidam Siccius, quod & in Turingico: & Suffridus Petrus eundem putat, quem bello Africo Hirtius, sive quis aliis est, nominat.

4. Magna res est, &c.) Subintellige pecunaria, male enim in codi, serpice qui sufficiunt, magna ratiōne pecunias; neque ea vox reperitur in mss. mel or bus.

5. Ut si fili leua est, ut quæm.) Lambinus voces tres priores, quamvis omnium librorum scriptorum, editorumque, tamen pro imperio suo extubarat, ego reprobi, neque enim à Lambino doceendi sumas, que loquendi ratio forsan sit, quæminus.

6. Eam bellum repab. facere voluisse.) Malu[m] Guelmius, populare. sed non respondent libri.

7. Quæ ita de ambulatione & de suffragiis.) Antea legebamus, ambulatione non fide n.s. aut veterum editionum, sed Cœtici aliujus. Certe

alteram scripturam inveni in omnibus Pall. reperioque in Bob. & S. V. & Guelminis, ut etiam in Memmiano Lambinus; qui tamen querit, quidnam hec fibi velit? Guelminus interpretatur portionem; ut in ipso Cicerone lxxp allas, & Carullo: Iudagii finalis ambulacione. De portione ergo dissenseret cum colonis Pompeiani, qua de caufa paulo post Turingicam libenter fecuti sumus, Palatiu[m]que omnes in quibus Reip. foras, non populi Rom. quod ne quidem in antiquis caufa accipiendae robop. Pompeianorum, distracta disjunctio vespere noviorumque incolarum, fuisse autem hominum istud genus natura turpidam, habriam ne etiam ex Tacito lib. XIV. Annal. cap. 13.

8. Fortuna disjunctio.) Ica libuit scribere, cum antiquo certissim hærente in Turing. disjunctio, habentique quidam nostrum disserit, quidam disjunctio, vulgata & viderit, quod natura ex divixit, in quam vocem degeneratur disjunctio.

9. Ut confutem effe voluisse, & cum rep. pugnare ueluisse.) Securus mss. nostros ejeci voculum tamea, quæ in nullo comparebat. id est præterea agnoscunt cœpisse; quod mutari poterat in eiuslittere, uti venerat in mentem Guelminis.

10. Primum

Cæcilius Sulla accusatur, in qua re est uterque laudandus.  
 1. primum Cæcilius,\* qui id promulgari, in quo res judicatas videbatur voluisse retinacere, ut statueretur; Sulla re-  
 cte reprehendit. **S**T A T V S enim republica maxime ju-  
 dicatis rebus continetur, neq; ego tantum fraterno amori  
 dandum arbitror, ut quisquam de salute suorum consulat,  
 communem relinquat. Nihil de iudicio cerebat, 2 Sed per-  
 nam ambitus eam cerebat, quæ fuerat nuper superioribus  
 legibus constituta, itaque haec rogatione, non iudicium sen-  
 tentiam, sed legis vitium corrigebat. **N**emo iudicium repre-  
 hendit, cum de poena queritur, sed legem. damnatio enim  
 est iudicium, qua manebat: poena, legis, qui levabat.  
 Noli igitur animos eorum ordinum, qui præsumt iudicis  
 summa cum gravitate, & dignitate, alienare à causa. nemo  
 labefactare iudicium est conatus. nihil est ejusmodi pro-  
 mulgatum. Semper Cæcilius in calamitate fratri sui, 3 ju-  
 dicum potestate perpetuandam, legis acerbatem miti-  
 gandam putavit. **S**ed quid ego de hoc plura dispuitem? Di-  
 citem fortasse, & facile, & libenter dicem. Si paulo et-  
 iam longius, quam finis quotidiani officii postulat, pietas,  
 & 4 fraternus amor L. Cæcilius protulisset: implorare  
 sensus vestros: uniuscuiusque indulgentiam in fuis testar:  
 peterem errato veniam L. Cæcilius ex intimis vestris cogita-  
 tionibus, atque ex humanitate communi. lex dies fuit  
 proposta pauco: ferri cepta numquam: 5 proposta est  
 in senatu, populum Romanum latuit, cum in Capitolium  
 nos senatum convocassemus, nihil est actum prius: & id  
 mandato Sulla Q. Metellus pretor se loqui dixit, Sullam il-  
 lam rogationem de se nolle fieri. Ex illo tempore L. Cæci-  
 lius multa de republica egit: Agiariæ legi, qua tota à me  
 reprehensa & abjecta est, intercessorem fore professus est:  
 improbis largitionibus refutat: sequens auctoritatem num-  
 quam impedivit: ita se gesit in tribunatu, ut, oware depo-  
 sito domestici offici, nihil postea nisi de re publica com-  
 modis cogitarit. Atque in ipsa rogatione, ne per vim quid  
 ageretur, 6 quis tamen nostrum Sullam, aut Cæcilius ve-  
 rebatur? 7 nonne omnis ille terror, omnis seditionis timor,  
 atque opinio, ex Autronii improbitate pendebat? ejus vo-  
 ces, ejus minæ cerebantur: ejus adspectus, concursatio, sti-  
 patio, greges hominum perditorum, metum nobis, seditionesque afferebant. Itaque P. Sulla, hoc importunitissimo  
 tum honoris, tum etiam calaristatu socio, atque comite, &  
 secundas fortunas amittere coactus est, & in adversis sine  
 ullo remedio, atque allevamento permanere. Hic tu ep-  
 istolam meam saxe recitas, quam ego ad Cn. Pompejum de  
 meis rebus gestis, & de summa re publica misi: & ex ea cri-  
 men aliquod in P. Sullam quæris: 8 &, si furem incredi-  
 bilem biennio ante conceptum, erupisse in ineo consulatu  
 scipisti, me hoc demonstrasse dicis, Sullam in illa fuisse su-

periore conjuratione. Scilicet is sam, qui existimem, Ca-  
 Pisouem, & Catilinam, & Varguntejum, & Autronium  
 nihil scelerat, nihil audacter ipso, per se sine P. Sulla fa-  
 cere potuisse, de quo etiam quis dubitasset antea, num id  
 quod tu arguis, cogitasset, in effecto patre tuo, consule,  
 descendere Kalenam Januarii cum litoribus: sustulisti  
 hanc suspicione, cum dixisti, hunc, ut Catilinam confu-  
 sem efficeret, contra patrem tuum operas, & manum com-  
 parasse. Quod si tibi ego conficeor, tu mihi concedas ne-  
 cessis est, hunc, cum Catilina suffragaretur, nihil de suo  
 consulatu, quem iudicio amiserat, per vim recuperando co-  
 giavisse, neque enim istorum facinorum tantorum, tam  
 atrociorum crimen, iudices, P. Sulla persona suscipiunt. Jam  
 enim faciam, criminibus omnibus fere dissoluimus, contra  
 atque in ceteris causis fieri solet, ut nunc denique de vita  
 hominis ac de moribus dicam. Etenim de principio studuit  
 animus occurrere magnitudini criminis, lassis facere expe-  
 ctationi hominum, 9 de me aliquid ipso, qui accusatus  
 eram, dicere, nunc jam revocandi estis eo, quo vos ipsa  
 causa, etiam tacente me, io cogit, animos mentiq; conver-  
 tere. Omnibus in rebus, iudices, quæ graviores, majores  
 que sunt, QVID QVISQ; voluerit, cogitarit, admis-  
 erit, non ex crimine, sed ex moribus ejus, qui arguitur, est  
 ponderandum. Neque enim potest quicquam nostrum fa-  
 cito fings, neque cuicunque tempesta vita mutari, aut natura  
 converti. Circumspicitus paulisper mentibus vestis, ut a-  
 lia omittamus, hosce ipsis homines, qui huic astines ice-  
 tri fuerunt. Catilina contra tempopl. conjuravit. Cuius aucto-  
 rum quicquid hoc respuerunt, conatus esse hominem ulque à  
 pueritia non solum intemperantia, & scelere, sed etiam  
 confutitudine, & studio in omni flagitio, 10 stupro, cide-  
 versatum? quis eum contra patriam pugnantem periisse  
 miratur, quem semper omnes ad civile latrocinium natum  
 putaverunt? quis Lentili societas cum indicibus, quis  
 infamiam libidinum, quis perversam, atque impianam reli-  
 gionem recordatur, qui illum 12 aut nefarie cogitasse, ut  
 stulte sperasse miretur? quis de C. Cethego, atque ejus in  
 Hispaniam profectione, ac de vulnere Q. Metelli Pii cogi-  
 tar, cui non ad illius poenam carcer significatus esse vi-  
 deatur? omitto ceteros, ne sit infinitum: tantum ut vobis  
 peto, ut facili de omnibus, quos conjurasse cognitum est,  
 cogitis, intelligitis, unumquemque illorum prius à sua  
 vita, quam nostra suspicione esse damnatum. Ipius illum  
 Autronium (quoniam ejus non enim finitimum maxime est  
 hujus periculo, & criminis) 13 non sua hac vita convincit?  
 semper audax, petulans, libidinosus, quem in stuprum  
 defensionibus non solum verbo ut improbissimis solitus  
 esse scimus, verum etiam pugnis, & calcibus, quem extu-  
 bare homines è possessionibus, exdem facete vicinorum,  
 spoliare

1. *Primum Cæcilius.* &c. 1 Malum locum notare alterisco: quæ ad-  
 mittere Memmian codicis scriptoram, Lambinus conjectura feru-  
 matum. Erat vir probi seorsim exhibere codicis ms. lectionem, & sic  
 deinde subiecte divinationem suam. *Nostræ Palatini* acto nihil va-  
 riavit, nisi quod sept. *Cæcilius*. Henr. Stephanus laudat è ms. primum *Cæ-  
 cilius* qui id primum promulgari, qui fecit, ex parte posse: quæ quid  
 est iudicata, & quod sane admittimus si tale quid offendit in no-  
 stris, aut illa veteri editione. Interim uno stare libro, & tali quidem  
 qui euangelum forte fuit in rerum natura non est nostrum, vix oculis  
 meis credo, neadū lingue alienæ.

2. *Sed paucæ ambitus eam ferbat.* Lambinus citat cod. in qui-  
 bus ambitus exsistebat, ita nulli è nostris. itaque sustineo me cum P.  
 Manuino.

3. *Iudicium pœnitenti, perpervandam, legis acerbatem, &c.*] P. Sec. per-  
 gerunt quando legi acerbitas, &c.

4. *Fraserae aut L. Cæcilius protulisset.*] Gulielmus mutari voluit  
 ultimam in propria, ex Turing, translatione à pakoribus docta no-  
 stra nihil variebat.

5. *Deposuit in Senatu.*] Ita ex Sufficii Turing, Gulicimus, nostrum  
 tamen adhaerent Vulgate p̄p̄ta.

6. *Quis tamquam nostrum.*] Recentiores vñst̄. sed alterum è ms. &  
 vñst̄. add. Lambinus voluit, qui tandem regimur.

7. *Nonne emas illæ currit, omnis, &c.*] Posterioribus editionibus exci-  
 derant, omnes illæ currit; repudiū ex ms. & vetusti impressis.

8. *Eb̄ si fuerit?*] Liber Busbequii, ubi si fer. Pall. pr. & quia si fer.  
 emendatumque in quinta, quia tamen, omisit. & b, quod ferri fore  
 poterit.

9. *Dame aliquid ipso, qui accusare etiam.*] Gratia Zinzerlingo qui pro-  
 plus inspexit codicem Turingicum, hancque inde eruit scripturam mi-  
 nimè cerebram, prius enim habebamus, abqed & de ipso qui accusa-  
 tur ei; cum interim si hilo melius ms. nostris, aliiquid, de ipso qui accusa-  
 tur eti, in quo mirè se torcit Gulielmus, dum indulgete conjecturis.

10. *Cogit animus mortisque conversus.*] Claudio isthate et ab Erford.  
 prius enim vulgariter cogit, animus ceteris exclusit.

11. *Stupro cede versusum.*] Turingicus vñbemantius, graffatum.

12. *Aus uscirè cogitasse, aut fulic spora miratur?*] Ita venustissime  
 Turingicus. Neharic cogitat patris eversiōnem, fulle sperat re-  
 gnum, & vulgariter auscirè aut uscirè aut fulic cogitasse miratur.

13. *Non sua hec vita convinat.*] Vulgaris non sua consuetudo ac vita con-  
 vincit, male, certe contra editionem anni CCCCLXXXIII: & Pall.  
 octo, quos si liberet excutere, multa tollerent adhuc ipsib[us]. nunc  
 istud monco tantum: ne arbitrentur homines. Ciceron nihil jam  
 alijs addi, nihil autem posse. imo nolle aucto[r]s hodiernam in diem  
 extinximus vitiose.

spoliare fana sociorum, vi conatum & armis disturbare judicia, in bonis rebus omnes contemnere, in malis pugnare contra bonos, non reipublica cedere, non fortuna ipsi succumbere. hujus si causa non manifestissimis rebus teneatur, tamen eum mores ipsius, ac vita convincerent. 1 Agedum, conferte nunc cum illius vita vitam P. Sulla, vobis, populoque Romano notissimam, judices, & eam ante oculos vestros proponite. Equisdum hujus factum, aut commissum non dicam audacius, sed quod cui quam paucis minus consideratum videretur? factum quo. verbum ecquod unquam ex ore hujus excidit, unde quisquam possit offendiri? At vero in illa gravi L. Sulla victoria, turbulentaque, quis P. Sulla minor? 2 quis misericordior inventus est? quam multorum hic vita est à L. Sulla deprecatus? quam multi sunt summi homines, & ornatisimi, & nostri, & equestris ordinis, quorum pro salute se hic Sulla obligavit? quos ego nominarem: neque enim ipsi nolunt, & huic, animo gratissimo, adfunt: sed quia magis ei beneficium, quam pollicebat civis civi dare, Ideo vobis peto, ut, quod potuit, tempori tributis: quod fecit, ipsi. Quid reliquam constantiam vita commemorem? dignitatem liberalitatem? moderationem in privatis rebus? plendorum in publicis, qua ita à fortuna deformata lunt, ut tamen à natura inchoatae comparentur. Quæ domus? quæ celebratio quotidiana? quæ familiaris dignitas? quæ studia amicorum? quæ ex quoque ordine multitudo? 3 Hæc diu, mulierumque, & multo labore quæsita, una eripuit hora. Accipit P. Sulla, judices, vehemens vulnus, & mortiferum: veruntamen ejusmodi, quod videretur ejus vita, & natura accipere potuisse. Honestatis, & dignitatis habuisse nimis magnam judicatus est cupiditatem: quā si nemo aliud habuit in consulatu petendo, cupidior judicatus est hic fuisse, quā ceteri. fin etiam in aliis nonnullis fuit iste consulatus amor: fortuna in hoc fuit fortasse gravior, quam in ceteris. Postea vero quis P. Sullam, nisi morentem, de missum, afflictumque vidit? quis unquam eit suspicatus, hunc magis odio, quam pudore hominum adspicere, lucernas vitas? Qui cum multa haberet invitationa urbis, & fori, proprie summa studia amicorum, quæ tamen ei sola in malis restituerunt: absit ab oculis veritis: & cùm lege retineretur, ipse se exilio panem multavit. In hoc vos pudore judici, & in hac vita, tanto sceleri locum fuisse creditis? Adspicite ipsum: continuimus os. 4 Confiteor crimen cum vita: vita, ab initio ad hoc tempus explicatam, eum criminis recognoscere, mitto retributam, quæ fuit semper Sulla carissima: hosce amicos, tales viros, tam cupidos sui, per quos res ejus secundæ quandam erant ornatae, nunc iubilevant adversæ, crudelissime perire volunt, ut cum Lentulo, & Catilina, & Cethego fœdissimam vitam, ac miseriam, turpissima morte proposita, degeret? Non cadit, non inquam, cadit in hos mores, non in hunc pudorem, non in hanc vitam, non in hunc hominem ista suspicio, nova quadam illa immanitas exorta est: incredibilis fuit, ac singularis fuit: ex multis ab adolescentia collectis perditorum hominum vitis repente tanta ista importunitas inauditi sceleris exarsit. Nolite, judices, arbitrii, hominum illum impe-

tum, & conatum fuisse. Neque enim illa gens tam barbara aut tam immanis unquam fuit, in qua non modo tot, sed unus tam crudelis hostis patriæ sit inventus, bellum quodam illæx potenter immanes, ac feræ, forma hominum induit, exsisterunt perspicite etiam atque etiam, judices. nihil enim est, quod in hac cœla dici possit vehementius, penitus intropicæ Catilina, Autronii, Cethegi, Lentuli, coeterorumque mentes. quas vos in his libidines, quæ flagitia, quæ turpitudines, quantas audacias, quām incredibilis furore, quas notas icelerum, quæ indicia patriciorum, quantes acerbas facinorum reperiens? ex magnis, & diutinis, & jam desperatis reipublicæ morbis ista repente vis erupit, ut, ea confecta, & ejacta, convalescere aliquando, & sanari civitas possit. Neque enim est quisquam, qui arbitretur, illis inclusis in reipublica pestibus, diutius hac stare potuisse. Itaque eos non ad perficiendum scelus, sed ad tuendas reprobitas parus Furor quædam incitaverunt. In hunc igitur gregem vos nunc P. Sullam, judices, ex his, qui cum hoc vivunt, atque vixerunt, honestissimorum hominum gregibus, rejiciens? ex hoc hominum numero, ex hac familiari dignitate, in impiorum partem, atque in patricidatum cœtum, ac numerum transferret? Ubi erit igitur illud fortissimum presidium pudoris? quæ in loco nobis vita antea acta proderit? quod ad tempus existimationis pars fructus reservabitur, si in extremo distingue, ac dimicione fortunæ deserit? si non aderit? si nihil adjuvabile? Questione, nobis servorum, actionem accusator minitatur: in quibus quanquam nihil periculi suspicamur: tamen illa TORMENTA GUBERNAT DOLOR, mod erat natura cujusque tum animi, tum corporis, sicut regit quæstori, flentibido, corrumpit spes, infirmat meatus, ut in tot rerum angustiis nihil veritati loci relinquitur. 6 Vita P. Sulla torqueatur: ex ea queratur, num quæ occultetur libido, num quod lateat facinus, num quæ crudelitas, num quæ audacia, nihil erroris erit in cœla, nec obscuritas, judices, si à vobis vita perpetua vox, ea, quæ gravissima debet esse, audiatur. Nullum in hac cœla temtem timemus: nihil quenquam scire, nihil vidisse, nihil audisse arbitramur. Sed tamen, si nihil vos P. Sulla fortuna moveret, judices, vestra moveat, vestra enim, qui cum summa elegancia, atque integritate vixisti, hoc maxime interest, non ex libidine, aut similitute, aut levitate refusa causas honestorum hominum ponderari, sed in magnis disquisitionibus, repentinisque periculis vitam uniuscuscumque esse teste. Quam vos, judices, nolite armis suis spoliatam, atque nudatam obsecere invidiae, dedere suspicioni, inimicite communem arcem bonorum, obstituite perlunga improborum. valeat ad poenam, & ad salutem plurimorum, quam solam videtis ipsam ex vi sua, natura, quæ facilissime perspicit: subito flebit, fringitur non posse. Quid vero hæc auctoritas (semper enim de ea dicendum est: quanquam à me timide, modicèque dicitur) quid, inquam, hæc auctoritas nostra? qui à ceteris coniurationis caufis abstinuimus, P. Sullam defendimus: nihil hunc tandem juvabit? 7 Grave est hoc dictum fortasse, judices, si appetimus aliquid: si, cùm ceteri de nobis silent, non etiam nosmet ipsi tacemus, grave, sed, si laedimur, si accu-

H h famur,

1. Agedum confiteor.) Haud alter Pall. 1. Lambinos enim. Agitatum, præter libros, siveque Propterius: Eu agendum domina mea non convertit usus, &c. quamquam veluti mihi ignoscat lector, si deinceps ratus annos mutationes ejus temerarias, ubi ab eo recedat, scilicet fieri membranarum veterum, nam hisce immoriar, nullum video operæ pretium.

2. Quæ misericordies invenerit illi? Clauſulam, quoque hanc enocavit Turingius Gulielmus, haec tamen nobis defuit, nam Ciceronis esse,

nemo spero negabit.

3. Hæc diu malemagis, & malas, &c.) Est illud que ex ipsius membra-

nis: & ita Ciceron tantum loquitur.

4. Confiteor crimen cum vita: ritum ab initio ad hoc tempus explicatam cum

crimis recognoscit, &c.) Expressi: ad verbum Iuridici codicis scriptu-

ram, cum quo haec tenus consentiunt Pall. quod habeant cum criminis etc. Vulgati heic motu li.

5. Regit quæstori.) Gulielmus heic capit quæstori pro tortore: coi accederet non possum, puto enim cum intelligi, qui tormentis praedit, in quo quædam fuerit momenti pluribus ostendi exemplis ad Tacitum lib. vi. Annal. cap. 47. f.

6. Vita P. Sulla torqueatur: ex ea.) Commonia lectio: nisi obstante Pall. nostræ & eis antiquis, in quibus, Vita P. Sulla, Exequaces eis quod auribus certe meis nos parum blanditur.

7. Grave est hoc dictum fortasse, judices, si appetimus co-

voices priores hodie domum adipiscunt lucem, productæ è tenebris co-

samur, si in invidiam vocamur: profecto conceditis, iudices, ut nobis libertatem retinere licet, si minus licet dignitatem. Accusati sunt uno nomine consulares, ut jam videatur honoris amplissimi nomen plus *invidia*, quam dignitatis afferre. Affuerunt, inquit, Catilina, illumque laudarunt. Nulla tum patebat, nulla erat cognita conjuratio: defendebant amicum, aderant supplici, vita ejus turpitudinem in *suum* eius periculi non inferebantur. Quintianam parentis tuus, Tu quique, consul reo de pecunia repetundis Catilina fuit advocatus: Improbo homini: At supplici: Fortasse audaci: At aliquando amico. Cui cum adfuit post delataam ad eum primam illam conjurationem: indicavit se audire aliquid, non credidisse. At idem non adfuit alio in iudicio, cum adfissent ceteri. Si postea cognorat ipse aliquid, quod in consulari ignorasset: ignorandum est iis, qui postea nihil audierunt: si illa res de pecunia repetundis, prima valuit: non inverterata, quam recens, debuit esse gravior. Sed, si tuus parentis etiam in illa suspicione periculi sui, tamen humanitate ad ductus adovationem hominis improbus sim illa curvit, atque ornamenti & suis, & consularius honestavit: quid est, quamobrem consulares, qui Catilina adfuerunt, reprehendantur? At idem iis, quante hunc causam de conjuratione dixerunt, non adfuerunt. TANTO SCELERE adstricis hominibus, statuerunt nihil à se adiumenti, nihil opis, nihil auxiliū ferri oportere. Atque, ut de eorum constantia, atque animo in tempore dicam, quorum tacita gravitas, & ades de unoquoque loquitur, neque cujusquam ornamenta orationis desiderat: potest quisquam dicere unquam meliores, fortiores, constantiores consulaireis fuisse, quam iis temporibus, & periculis, quibus panem oppressa est res publica? Quis non de communī salute apertissime, quis non fortissime, quis non constantissime sensit? Neque ego praecepū de consularibus dispuo: nam hoc & hominum ornamenti, qui praetores fuerunt, & universi senatus, communia est *lans*: ut constet, post hominum memoriam numquam in illo ordine plus virtutis, plus amoris in tempore, plus gravitatis fuisse. Sed quia sunt descripti consulares, de his tantum mihi dicendum putavi, quod satis esset, a attestantem memoriam omnium, neminem esse ex illo honoris gradu, qui non omni studie, virtute, auctoritate, incubuerit ad tempore conservandam. Sed quid ego, qui Catilinam non laudavi, qui reo Catilinam consul non adfui, qui testimonium de conjuratione dixi in alios, adeone yobis alienus à sanitate, adeo oblitus constantia mea, adeo immemor rerum à me gestarum esse videor, ut, cum consul bellum gesserim cum conjuratis, nunc eorum *ducem* conservare cupiam, & in animum inducam, cuius nuper ferrum retuderim, & flammarumq[ue] restinxerim, ejusdem nunc causam, vitamque defendere? Si mediis fidius, iudices, non me ipsa res publica, meis laboribus, & periculis conservata, ad gravitatem animi, & constantiam sua dignitate revocaret; tamen hoc natura est insitum, vt, Quod Verum timueris, quicumque de vita, fortunisque contendens, cuius ex infideli evaseris, hunc semper oderis. Sed, cum agatur honor meus amplissimus, gloria rerum gestarum singularis: cum, quotiesquisquam est in hoc scelere convictus, toties renovetur memoria per me inventa salutis: ego sim tam demens, ego committam, ut ea, quæ pro salute omnium gessi, casu magis, & felicitate

à me, quam virtute, & consilio gesta esse videantur? Quid ergo? hoc tibi sumus dicet fortasse quicquam, ut, quia tu defenderis, innocens judicetur? Ergo vero, iudices, non modò nihil mihi assumo, in quo quipiam repugnet: sed etiam si quid ab omnibus conceditur, id reddo, ac remitto, non in ea republica verbor, non iis temporibus caput meum obtulit pro patria periculis omnibus, non aut ita sunt extinti, quos vici, aut ita grati, quos servavi, ut ego mihi plus appetere coner, quam quantum omnes inimici, invidique patiantur. Grave esse videatur, eum, qui investigat conjurationem, qui patefecerit, qui oppresserit, cuius senatus singularibus verbis gratias egerit, cui uni togato supplicationem deceiverit, dicere in iudicio: non defenderem, si conjurasset, non dico id, quod grave est: dico illud, quod in his causis conjurationis non auctoritati assumam, sed pudori meo: Ego ille conjurationis investigator, atque ulti, certi non defendorum Sullam, si fortasse arbitraret. Ego iudices, de tanti omnium periculis quem quererem omnia, multa audiens, non credere omnia, caverem omnia: dico hoc, quod initio dixi, nullius indicio, nullius suspicione, nullis literis, de te. Sulla rem ultam ad me esse delataam. Quamobrem vos, d[omi]ni patrii, ac penates qui huic urbi, atque huic imperio praeditis, qui hoc imperium, qui hanc libertatem, populumque Romanum, qui h[ab]et te[ctu]m, atque tempora, me consule, vestro numine, auxilio que servatis, testor, integro me animo, ac libero, P. Sulla causa defendere: nullum à me scientie facinus occultari, nullum scelus suffceptum contra salutem omnium, defendi, ac tegi, nihil de hoc consul comperti, nihil suspicatus sum, nihil audiui. Itaque idem ego ille, qui vehemens in alios, qui inexorabilis in ceteros esse viuis sum, persolvi patria quod debui: reliqua jam à me maxime perpetuæ confuetudini, naturaque debentur, tam sum misericors, iudices, quam vos: tam mitis, quam qui lenissimus. In quo vehemens fui vobis sum, nihil feci, nisi coactus: reipublica præcipitanti subveni: patriam defensum extuli: misericordia civium adducti, tunc sum tam vehemens, quam necesse fuit. Salus esset omnium amissi una nocte, nisi esset severitas illa suscepta. Sed ut ad sceleratorum peccatum amore reipublica sum adactus: sic ad salutem innocentium voluntate deducor. Nihil video esse in hoc P. Sulla, iudices, odio dignum, misericordia digna multa. Neque enim nunc propulsando calamitatis suæ causa supplex ad vos, iudices confugit: sed ne qua generi, ac nomini suo nota nefaria turpitudinis inuratur. Nam ipse quidem, si erit vestro iudicio liberatus, qui habet ornamenti, quæ solitaria reliqua vita, quibus latari, & perfugi possit? domus erit, credo, exornata: aperiatur majorum imagines, ipse ornatum, ac vestitum recuperabit, omnia, iudices, hac amissi sunt: omnia generis, minimis, honoris insignia atque ornamenta unius iudicij calamitate occiderunt, sed ne extinctio patriæ, ne proditor, ne hostis appelletur, ne hanc & labem tanti generis in familia relinquat: id laborat, & id metuit; ne denique hic miser conjurati & conselerati & preditoris filios nominetur: huic pueru: qui est ei vita sua mulcet chasior, metuit, cui honoris integrus fluctus non sit traditurus, ne ternam memoriam dedecet, relinquit: hic vos orat, iudices, parvus, ut se aliquando, si non integra fortuna, at afflictæ, patri suo gratulari sinatis. huic misero notiora sunt iudiciorum

1. Si illa res de pecunia repetundis, &c.] Plurisque missi nostri absunt de pecunia repetundis, reperi tamen in Pal. pt. & editionum principe.

2. At scelerum memoriam omnia.] Verè neque aliter Pall. aut S. Vict. B. scitis, inquit, erit me dicere de Consularibus, cum tamen attestor in eis memoriā omnium, & voluntate ceterorum, malit tamen Galienius auctoritatem, prius impensis attestare memoria.

3. Labem tanti generis in familiam, &c.] Putat istud retineri posse, con-

tra sententiam Lambini, Galienius: & sic sicut Pall. nostri. mi. Henr. Scopiani tam scilicet.

4. Id est ut res ne denique biemiser, conjurati & conselerati & preditoris filii amissi: & haec pueri, qui est ei vita sua malo auctoritate metuit, &c.] Hoc viginti nunc primum accedunt voces auctori nostros ex Turingo exemplari, quæ prosus requirebantur, & fine quibus

clorum itineris, & fori, i. quām campi & disciplinarum. Non jam de vita P. Sulla, judices, sed de sepultura contendit. vita excepta est superiorē iudicio: nunc, ne corpus ejiciatur, laboramus. Quid enim est huic reliqui quod eum in vita hac teneat? aut quid est, quamobrem hæc cuiquam vita videatur? Nuper is homo fuit in civitate P. Sulla, ut nemo ei se neque honore, neque gratia, nec fortunis anteficeret. nunc spoliatus omni dignitate, quæ excepta sunt, non repetit; quod fortuna in malis reliqui fecit, ut cum patente, cum liberis, cum fratre, cum his necessariis lugere suam calamitatem liceat, id sibi ne exripiatis, judices, vos obtestatur. Te ipsum jam, Torquate, & explesum esse hujus miseriis par erat. et si nihil aliud Sulla, nisi consulatum abs tulisset, tamen eo vos contentos esse oportebat. honoris enim contentio vos ad causam, non inimicitia deduxerunt. Sed cum huic omnia cum honore detracta sint, cum in hac fortuna misera, ac luctuosisima destitutus sit: quid est, quod experas amplius? lucisne hanc usuram eripere vis, plenam lacrymarum, atque inororis, in qua cum maximo cruciati, atque dolore retinetur? libenter reddiderit, ademta ignominia foedissimi criminis, an vero inimicum ut ex pellas? cujus ex miseriis, si esles crudelissimus, videndo fructum caperes maiores, quām audiendo. O miserum, & infelicem illum diem, quo consul omnibus centuris P. Sulla renuntiatus est! ô falsam spem! 3 ô volucrem fortunam! ô cæcam cupiditatem! ô prepostreram

gratulationem! 4 quām cito illa omnia ex letitia, & voluptate ad luctum, & lachrymas reciderunt, ut, qui paullo ante consul designatus fuisset, retinetet repente nullum vestigium pristinæ dignitatis! Quid enim erat mali, quod huic spoliato honore, fama, fortunis, decesseretur? aut cuicunque novæ calamitati locus ullus relictus esset? urget eadem fortuna, quæ coepit: reperit novum macorem: non patitur, hominem calamitatum uno modo afflictum, uno in luctu perire. Sed jam impedito egomet, judices, dolore animi, ne de hujus miseria plura dicam. vestra jam sunt partes, judices: in vestra manuetudine, atque humanitate causam totam repono. vos & rejectione interposita, nihil suspicantibus nobis, repentini in nos judices confundisti, ab accusatoribus delecti ad spem acerbitas, a fortuna nobis ad praesidium innocentis constituti. Ut ego, quid de me pop. Roman. existimaret, quia severus in improbos fueram, laboravi, & quæ prima innocentis mihi defensio est oblata, susceppe: sic vos severitatem iudiciorum, quæ per hos mentes in homines audacissimos facta est, lenitate ac misericordia mitigate. Hoc cum impetrare a vobis ipsa causa debet: tum est vestri animi, atque virtutis declarare, non esse eos vos, ad quos potissimum, interposita rejectione, devenire convenierit. In quo ego, judices, vos, quantum meus amor in vos postulat, tantum horrort, ut communis studio, quoniam in rebus conjuncti sumus, manuetudine, & misericordia vestra falsam à nobis crudelitatis famam repellamus.

1. Quām campi & disciplinarum.] Egregie hoc Ersudensis ille nam  
valgata tantum, quām disciplinarum Lambinus ex Stephani ms. quām  
seculi & discipli.

2. Exploratum esse par erat.] Ista quoque Ersudense exemplar, ut dein-

ceps nemo dubitare debeat de lectionis veritate. vulgo, patet.

3. O volucrem fortunam.] Citat Laur. Valla, ex qua voluntate que fuit  
vulnus.

4. Quām cito illa omnia.] Gulielmus substitutum euperet omnia.

## M. TULLIUS CICERO.

PRO

# A. LICINIO ARCHIA POETA.

ORATIO VICESIMA SEXTA.

## SYNOPSIS.

Quæstio, An Arabias, peregrinus seu non civis sit habendus? Accusator, Gracchus, Rens: Archii, Patronus, Cicero;  
Acta anno ubi 692.

**S**I QUID est in me ingenii, judices, quod sentio quām sit exiguum: aut si qua excusatatio dicendi, in qua me non insitior mediocriter esse veratum; aut si hujus rei ratio aliqua, ab optimarum artium studiis, ac disciplina profecta, à qua ego nullum conseruo, etiam me tempus ab horrisse: eatum rerum omnium vel in primis hic A. Licinius fructum à me repetere propè suo jure debet. Nam quoad longissime potest mens mea respicere spatium pretium temporis, & pueritiae memoriam recordari ultimam,

inde usque repetens, hunc video mihi principem, & ad suscipiendam, & ad ingrediendam rationem horum studiorum exsistisse. Quod si hæc vox hujus hortatu, præceptisque conformata, nonnullis aliquando saluti fuit: à quo id accepimus, quo ceteris opitulari, & alios servare possemus, huic profectò ipsi, quantum est situm in nobis, & opem, & salutem ferre debemus. Ac, ne quis à nobis hoc ita dici forte miretur, quod alia quædam in hoc facultas sit ingenii, neq; hæc dicendi ratio, aut disciplina; in eis nos quidem huic cuncti studio penitus umquam dediti fuimus. 2 Etenim omnes artes, quæ ad humanitatem pertinent, ha-

H h 2 bent

1. Ne nos quidem hæc cuncti studiis.] Non male corculum Gallie sua  
Claudius Poitanus hæc unius studiis: sed in illis nihil mutant. recepti id  
tamen in contextum Lambinus.

2. Etenim omnes artes, &c.] Arbitratur Gulielmus legendum, sed  
enim, non male.